

num dēcōquēndo in suum convertunt virus, per circumstantias augent, poliunt, & velut fuso rem pingunt rei. Canibus quibusdam insitum, sine causa & discrimine latrare; etiam homines laniare, & vellicare avidi, huic uni adh̄erent, nec mentem ad ulteriora mittunt. Alioquin homo censetur prudentissimus, nec immetitò; ast s̄apè stultissimus. Nam cæteræ animantes ubi semel offendunt, cavent; non Vulpes ad laqueum, Lupus ad foveam, Canis ad fustem facile redibunt, solus homo peccat ferè in iisdem. Sed ut probiùs rem attingam, accedam propriùs. Ad Rempub. augendam hæc potissimum requiruntur; ut ea nimirum opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta sit. Eheu quām multi ad Rempub. adspirant, nec boni, nec bono fine, quos reprimit mos, sive lex gentium repagulo duplicitate electionis, & successionis. Ad statum Reipub. alium amor, alium ambito attrahit, nonnullos Luctreus ille Deus, multos duntaxat honor titillat; etsi s̄apè conscientia retrahat. Interea, ut in exercitu omnes pro victoria pugnant; & in hoc tractu omnes pro Reip. gloria, inter varios fines, veniunt tamen ad suum finem. Multi res suas agunt, & augent communium prætextu. Sunt igitur eligendi ejusmodi qui salutaria ponant, dijudicent, ac promant, & quæ cadant in honorem cùm primis Dei ac Reip. splendorem? Etenim hisce artibus justitia, fortitudine, præcipue prudenteria conservantur civitates, remotis hisce anchoris simul turbatur Reipub. navis. Primum autem à primo à solo & summo bono quid nisi bonum? Ut navis ædium aliarumq; rerum carinas & fundamenta volumus esse prima & firmissima: sic in primis curatio sit rerum divinarum. Humana quidem omnia perpetuis jactationum fluctibus jactari necesse est, nisi ad anchoram ea alliges veræ pietatis.

Pictas